presbytero



habeat commendatum et mihi scias
germanissimum et in quibus cumque
necessitas postulaverit foveas
atque sustentes non quo aliqua re xpo
tribuente indigeat sed quo bonorum
amicitias avidissime expetat et
se his coniungendo maximum pu
tet beneficium consecutum. Cur
autem ad occidentem navigaverit
ipso poteris narrante cognoscere
Nos in monasterio constituti va
riis hinc inde fluctibus quatimur
et peregrinationis molestias sustine
mus sed credimus in eo qui dixit con
fidite ego vici mundum quod ipso tribu
ente et praestante contra hostem dia
bolum victoriam consequemur
Sanctum et venerabilem fratrem nostrum
papam alipium ut meo obsequio sa
lutes obsecro. Sancti fratres qui nobis
cum in monasterio domino servire
festinant oppido salutant
Incolomem te et memorem mei
xps dominus noster tueatur omnipotens domine vere
sancte et suscipiende papa.. XVIIII

## AGUSTINUS AD PRAESIDIUM,

DOMINO BEATISSIMO et merito venerando fratri et
consacerdoti Praesidio Augustinus
in domino salutem. Sicut praesens rogavi
sinceritatem tuam. Nunc quoque com
moneo ut litteras meas sancto
fratri et conpresbytero nostro hieronimo
mittere non graveris. Ut autem
noverit caritas tua quemadmo
dum et eum illi pro me scri
bere debeat. Misi exemplaria
litterarum et mearum ad ipsum et
ad me ipsius. quibus lectis pro tua sancta
prudentia facile videbis et mo
dum meum quem servandum puta
vi. et motum eius quem non frustra ti
mui. Aut si ego quod non debui aliquid vel quomodo non debui
scripsi. Non de me ad illum sed ad me
ipsum potius fraterna dilectio
ne mittere sermonem. quo corrigar
aut peccatum ut ignoscat. si me cul
pam ipse cognovero.

## SCI AGUSTINI AD SCM HIERONIMUM

CURITA:QUE CONOR CON
tra tractatum fluminis et non po
tar veniam deprecabor. Obsecro
ut ite leges dimittat mihi. ne me
victum laedendo malum pro malo
reddat. Ledetur enim si tacuerit
errorem meum quem forte invene
rit in dictis meis. Nam si ita in me
reprehendat quae reprehendenda sunt.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0173